



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quęstio 3. Quę virgines fatuę? quę prudentes?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Calvinus, imprimis Musculus agnoscit. atq; hac, sed in qua interpretatione, sua de fiducia haretin redarguit. Calvinus subito se studio interdu ait desicere fideles. Non sufficere alacritatem studium, nisi insatiabilis constantia simul accedat. Non satis esse paratos semel, nisi perseverantius. Addit Musculus: Nesci ubi venerit, imparati sumus, & excludamur.

Hæc si vera sunt, (sunt autem verissima) non potest esse certitudo perseverandi, ubi periculum est deiciendi, ubi laborandum est, ne imparati inveniatur, & excludamur. Quomodo vero possunt deficere, qui certi sunt, nunquam se posse iustitia accepta desituri, quomodo possunt esse imparati, qui credunt, non se magis excludendos, quam si iam ingressi convivio nuptiali fruerentur. Nec opus est illis fide & operibus, sola fide ostium referari docent. Cum Lutherana enim fide omnia peccata constitunt, præter infidelitatem similiterque cum Zwingliana, Lutheranæ de cap. Babylon. tit. de Baptismo. Tom. 1. Wittemberg. p. 78. Ita videt, inquit, quam diues sit homo Chrysolomus, qui etiam volens non potest perdere salutem suam. Baptizatus qui etiam volens non potest perdere salutem suam, quantiscunque peccatis, nisi nolit credere. Nulla enim peccata cum possunt damnare, nisi sola incredulitas. Cetera omnia si redcat, vel stet fides in promissionem diuinam baptizati, in momento absorbentur per eandem fidem.

Necessaria sunt ista in eorum Theologia pronuntiata. Nam Beza in colloquio Mompehani. Iulianus. An David, cum de homicidio & adulterio nondum penitentiam egisset, imo cum peccata illa meditaretur, paratus ad iudicis adventum fuerit? Respondet. Spiritum sanctum, fidem, iustitiam non amisisse: occidit ergo, modo fidem habeant, & homicida interit possunt. Atque hoc est, quod Lutherus serm. de milia. Cavemus à peccatis, sed maxime ab operibus bonis, & legibus, solumque promissionem Dei attendimus & fidem, ipsam enim brevis est perfectio: nec aliqua lex requiritur aut opus. Absterge vero talem iudicem, aut ad iudicem nobis aditum rogamus. Cuius sententiam iam novimus, ut qui de operibus disceptationem instituit.

QVÆSTIO II.

An lectio vulgaris probanda sit?

§. 1. N vulgaris Biblijs est: Obuiam sponsæ & sponsæ. Sponsæ seu sponsæ non est in Græcis codicibus. Legit tamen Syrus *ἡ καὶ καλεῖται*, & sponsæ. Legit etiam Hilarius, Augustinus. Auctor operis imperitæ. At Chrysostomus, Theophylactus non habet, nec Euthymius. Lectionem eam, quæ nomen sponsæ adiungit, idcirco probo, quod auctores exponunt, & virgines exornatæ sunt ut sponsæ, & sponsæ gratulentur sponsus domum sponsæ venit, ut eam domum dedicat suam, idque vespere, ut virgines illæ in egressu patris domus occurrant, gratulentur, facibus decussant, & lucernis: non enim sponsus sine sponsa potest duci. Apud Romanos tres patrini matrinque sponsam ducebant, quæ facies prælucebant, Plutarchus in problem. Materia luminis ex spina alba: Græci *ἡ δὲ δὲ δὲ* vocabant. Itaque errant, qui arbitrantur non nisi sponso soli virgines occurrere.

Clamat hic Musculus, corrupte apud veterem interpretationem additur: & sponsæ. Etenim Christus est, & huc spectat tota parabola, ut silium aduenienti obviam eamus. Ad ipsam nulla parabola pars pertinet, imo illi ipsi qui bene occurrunt sponsæ sunt: Hilarius etiam & Augustinus non legit. Hoc postremum est falsum utrunque; nam Ep. 120. legit Augustinus & Hilarius ut dixi. Ratio vero quæ pugnat contra sponsum, pro illa facit. Sponsus enim non solus advenit, sed cum Ecclesia triumphante, assistentibus, & iudicibus suis, venit ergo cum sponsa, & virgines, quæ occurrunt, sunt quidem desponsatæ, Adami Consen. in Euang. Tom. I.

prudentes scilicet, nondum tamen ad amplexus accipitur, fatuæ vero reijciuntur. Confutat Musculum ex eadem Beza. Sponse vero nomen, inquit, si addamus, beatos illos cum eo versantes Spiritus, cum eo venturos, ut corpora cum viuis resurgant, & quibus aggregari nos oportet, Heb. 12. 23. interpretabimur.

QVÆSTIO III.

Quæ virgines fatuæ? quæ prudentes?

§. 1. Regnum est Ecclesia militans. Ad virgines solum Chrylostomus restringit, ita tamen ut per eas dari omnibus documenta censcat. Altorum sententia est, ad omne genus hominum extendi parabolam. Origenes tract. 35. Eos hic nomine virginum censeret, qui Christum fide receperunt, etsi corpore virgines non sint, quod etiam docet Augustinus serm. 22. Quantius Hilarius fidelium, & infidelium distinctione verbis Christi contineri existimet. Verum multa sunt, qui de credentibus agi sua deant: ut etiam Augustin. in Psalm. 147. & serm. 40. de tempore docet. & Origen. hom. 32. & ipse Hieronymus. Sic etiam D. Thom. Rab. Remig. & recentiores plerique. Omnes enim sponsi aduentum expectant, ornant lampades, oleum accipiunt, lucernas accendunt, deinde dormiunt, & excitatæ iterum adornant lampadas: Christum igitur per fidem cognoverunt, nuptialis conviviij, ut sociæ, & cognatæ, quæ ius intrandi habuerunt. Quæ etiam virgines idcirco dictas Beza existimat, quod idololatricæ, fideles, & huius sæculi pollutionibus se renunciasse professerunt. Fidem tamen fuisse temporariam, quam meditatione verbi diuini, & precibus non fouerant. De fide quidem temporaria solitum errorem obtrudit, nos enim veram fidem habuisse ostendimus, quæ eas aliqua coniunctione cum Deo castas faceret, ne scortatrices essent, & adulteræ, quod nomine vocari solent, qui idola colunt. Hinc etiam facile est refellere Calvinum, qui Hieronymum, Chrylostomum, Gregorium, ceterosque patres irridet, quod hinc occasionem commendandæ virginitatis acceperint. Puerilis est Hieronymi, & aliorum speculatio, inquit, hac ad virginitatis laudem trahentis, &c. Non puerilis, sed ex scriptura, hoc est, Spiritu Dei tradita est doctrina. Magna enim laus est virginitatis, esse symbolum nostræ cum Deo vno coniunctionis & castitatem vocari fidem rectam eorum, quidolorum cultu polluti non sunt, quemadmodum scortationis est ignominia, quod per eam in scripturis apostasia à Deo, & communicatio cum idolis comparatur. Virgines igitur typus sunt omnium Christi fidelium, & iustorum & peccatorum, sed in quibus hoc laudatur, quod per fidem Deo adhaeserint, fidem seruarint vni. Ideo autem virgines vocantur, quia coniunctio cum Deo castas facit, imbeciles virgines non dicuntur, perfidia enim, qua creaturis iunguntur, facit impudicas.

§. 2. Prudentes sunt, ut docet Gregor. Quæ recte credunt, & faciunt. Fatuæ, quarum fides recta, opera negant fidem. Hæc communis & omnium patrum interpretatio. Gnosticos & Valentinianos refutat Tertullianus, qui quinque prudentes quinque sensus internos, quinque fatuas, quinque sensus externos significare contedebant. Verba Tertulliani: Relucens in hac heretica semina Gnosticonum & Valentinianorum. Hinc etiam arripiunt differentiam corporalium sensuum & intellectualium virum quem etiam parabola decem virginum adtemperant, ut quinque stulti sensus corporales figuraverint, stultos videlicet, quia decepti faciles: Sapientes autem intellectuales virum notæ expresserint, sapientium scilicet, quia continentium veritatem, illam arcanam & supernam, & apud

pleroma constitutam hereticarum Indearum Sacramenta: hoc enim sunt & diuines & genealogia illorum. Itaque & sensum diuidunt: Et intellectualibus quidem à spiritali suo semine: sensualibus vero ab animali, quia spiritalia nullo modo capiunt: & illius quidem esse inuisibilia: huius vero visibilia & humilia, & temporalia quae sensu conueniantur in imaginibus constituta.

Ex haereticis illis interpretatione suam hausit Philosophus quidam Genuensis apud Salmeronem notum, qui eisdem sensibus applicat Physicæ, & mirum in modum philosophatur.

VERSVS 3. & 4.

Sed quinque fatuae acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum: prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus.

QUESTIO I.

Quid oleum, lampades, vasa?

Oleum caritas.

§. 1. Incredibili consensu patrum & interpretum, oleum est caritas, & eius opera ex fide manantia. Hilarius: Oleum boni operis fructus est. Hieronymus: oleum, opera. Chrysostomus opera caritatis, ut Eleemosynas: fatuas in paruo certamine vinci, in magno victices, cum enim carnis cupiditatem superauit, pecuniae amore prosterni, cum tamen multo sit vehementior carnis, quam opum appetitus. Augustinus serm. 22. de verb. Domini, clare ostendit, oleum esse opera. Non autem hic distinguimus inter eos, qui caritatem, & qui opera vocant oleum. Est enim & caritas opus: & externorum operum principium.

Sic recte Maldonatus oleum in vasis habere, qui fidem & opera habent, oleo carere, qui opera non habent. Pari modo Hugo cardinalis, & recentiores. Nec omnes haeretici ab ea sententia cessere. Bullingerus cum demonstrasset, de Christianis baptizatis agi, expectantibus aduentum sponsi, oleum interpretatur fidem cum caritate efficacem, quod posset habere verum sensum, sed ille de sua fiducia delirans, nec veram fidem intelligit, nec caritatem.

Virgines fatuae oleo caruerunt.

§. 2. Statuendum est itaque virgines ideo caritatis oleo isse oleo, quod opera caritatis defuerint. Ea causa regno exclusas, supplicio addictas, quod cum Deum per fidem cognouissent, non ut Deum coluerunt: quod fidem operibus negarint. Hoc confirmat Bellarminus l. 1. de iustificatione cap. 15. Iam enim supra ostensum est in virginibus etiam fatuas fidem fuisse. Imo S. Chrysostomus non fidem modo, sed studium castitatis.

Virginitatis encomium.

τὸ δὲ τῶν παλῶν τῶν ἀνθρώπων μέγα καὶ ἀνὴρ δὲ ἔχοντος, καὶ ἵδρι φύσει τὸ πᾶν μακάριον, καὶ δὴλον ἐξ ὧν εἶπε ἐν τῇ παλαιᾷ, ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, καὶ μετὰ τὸν ἀνθρώπου καταβῶν, καὶ ἐν τῇ καινῇ δὲ ἐκ τῆς αἰῶνος εἰς ἀνάγκην νόμου, & γὰρ ἐπέταξε τὸ πᾶν, ἀλλὰ τῇ προαιρέσει τῶν ἀνθρώπων, τὸ πᾶν καταβῶν ἐπέταξε, id est. Nec ignorat vulgo magnam de virginibus existimationem fieri: quippe res natura sublimis est, quod inde pater, quia nec apud veteres, à praeiis illis sanctisque viris culta fuit, & post gratiam nulla legis necessitate iubetur. Non enim imperauit. Sed voluntati fidelium commisit.

Liberum arbitrium.

Damnatur igitur, quod oleum non habeant in vasis ἐν ἀγγείῳ, hoc est, oleum in vasis alijs praeter illud, quod erat in lampadibus: Itaque primum in lampadibus oleum fuit, sed cum longa mora intercederet, coassumptum non erat nouum quod affunderent. Vasa illa Hugo conscientiam appellat, ex S. Hilario vasa humana sunt corda, in qua quorum viscera the-

sauius bonae conscientiae recondendus est. Ioannes Piscator rigidus Calvinista, per oleum fidem, per lampadas bona externa opera intelligit. Quod licet falsum sit, tamen etiam eius per fidem arguit, falsa enim tam falsis, quam veris repugnant. Vt clauus clauum pellit, & ἀνὰ λαὸν κερτασὶν ἀνὰ δαί, musio se purgat spina. Si enim oleum est vera fides. Principio igitur fidem habuerunt: nam oleum in lampadibus, ut dixi, sumpserunt. Deinde ut Musculus docet, non agere incredulis, sed de stultis ac negligentibus Christianis, & paulo post, profuerit tamen per lampades intelligi, neminem externum cultum, conuersationem, iustitiam, honestatem, & caritatis opera omnia. At lampadas habent, omnia ergo illa habuerunt initio, si caritatis opera, igitur & fidem: Imo Beza ait. [In medio itinere ἀνὰ τὴν ποταμὸν δεξιῇ, & fidei ἡ λυχνία ἐσθίοντο δεξιῇ. Itaque, pari ratione lampadam quidem nomine verbum Dei fide in cordibus nostris velut accensum, & gratias nostras dirigens, per oleum vero Spiritus sancti gratiam assiduus precibus in nobis perseverantem, qua fides haec fouetur, intelligimus.] Quid clarius dici poterit contra Calvinianos, qui oleum fidem esse aiunt, ut Bulling. & winglius alij. Sed mihi satis pro iustitia est, ut ostendam etiam eorum sententia virgines fatuas oleum habuisse, elychnium exstinctum defuisse, ac proinde peius at fuisse, nec quouis modo, sed fide accensum. Ex quo colligo fidem esse debilem: & non tantum posse, sed re ipsa saepe iustum à iustitia sua deficere. Nam male viuendo virgines fatuae perierunt. Quin monet hoc loco Calvinus [Nunc ab eo fatuis in vasis Dei filijs prudentiam in genere requirit, ut ipsae scilicet inconsiderate nullo Satanæ in praedam se exponant.] possunt igitur Satanæ praeda esse filij Dei? Vbi igitur securitas illa toties ad multorum exitium decantata? Cur dicant non posse perire? non posse iustitiam amitti? Et Calviniani quidem aliquanto rectius licentiam inducunt, sed postquam acceperunt licentiosius vtuntur. Lutherus vero aperis tibi resonat.

Φωτὶς δὲ οὐ φαίνεται ἀνθρώποις ἐν.

Inflat non paruos amplius tibus, sed famæ prodigia, & sui, Deique securus, praefat. in Galaticam Epistolam. [Summa ars inquit & sapientia Christianorum est, ne scire legem, ignorare opera, & totam iustitiam actiuam, praesertim cum conscientia luctatur cum iudicio Dei, sicut extra populum Dei summa sapientia est, nosse, inspicere, & virgere legem, opera & iustitiam actiuam. Mira autem res est & mundo (immo in ecclesia Christi) inaudita docere Christianos, ut dicunt, ignorare legem, utque sic viuunt corā Deo, qui de penitus nulla lex sit. Nisi enim ignorauit legem & iram Dei, sed meram gratiam & misericordiam, non potes saluus fieri.]

Et de libertate Christiana. [Ex ijs clare videre potest quilibet, quomodo Christianus homo, liber sit, ab omnibus, & super omnia, ut nullis operibus ad hoc indigeat, ut iustus & saluus sit, sed sola fides haec omnia largitur abunde.] Et deinceps haec etiam ad peccata extendit. [Vera itaque inquit sunt haec duo verba: Bona opera non faciunt bonum vitium, sed bonum vitium facit bona opera mala opera non faciunt malum vitium, sed malum vitium facit mala opera.] Hæc tamen legi diuinae, & naturali repugnant rationi, qui docent, non possunt non nisi impijs, planeque Epicureis imponere. At Christus iubet lucere lucem nostram coram hominibus, iubet expectare aduentum, Incepnas gestare vide Matth. 19. Ioan. 5. Act. 9. 2. Cor. 4. Petr. 1. Eph. 2. Itaque si illa Lutherica vera sunt, & Christus in simili, & pene eadem causa. Si non est Lutheri ratio falsa, non est Deus. ὅτι εἰ μὴ πᾶν τὸ ἐν τῇ